

RATIO DISTRIBVENDI TEMPORA

Promissores.	Longitu. S.G.M.	Latitudo. P.G.M.	declinatio P.G.M.	Afc. recta G. M.	Diff. Afc. G. M.	Desc; obl. G. M.	Dire. que. G. M.
♂ ♀	28. 0	S. 6. 0	S. 16. 23	23. 46	Ad 12. 58	36. 44	4. 38
♂ ♀	17. 45	S. 2. 0	S. 8. 49	15. 35	Ad 6. 48	22. 23	18. 59
Δ ♂ dexter	11. 41	M. 1. 23	S. 3. 22	11. 16	Ad 2. 34	13. 50	27. 32
⊙ ♂	10. 40	0. 0	S. 4. 14	9. 48	Ad 3. 14	13. 2	28. 20
□ ♀ finist.	8. 31	0. 0	S. 3. 23	7. 48	Ad 2. 35	10. 23	30. 59
♂ ♀	22. 10	M. 1. 56	M. 4. 53	353. 34	Sub. 3. 44	349. 50	51. 32
Δ ♀ finist.	18. 14	M. 2. 29	M. 6. 57	350. 10	Sub. 5. 20	344. 50	56. 32
* ♀ finist.	8. 31	S. 0. 26	M. 8. 0	340. 0	Sub. 6. 10	333. 50	67. 22

Subtracta ex 4. 1. grad. 22. minut.

Habes præcipuorum locorum seu significatorum directiones secundum doctrinam & tabulas Ioannis de monte Regio absolutas, ea uia, quam recentiores artifices ferè comprobant & usurpant. Caterum ne uel neglexisse uel ignorasse antiquiorem dirigendi rationem à Ptolemæo traditam uideremur, placuit eius quoque Methodum paucis commemorare. Opus igitur directionum secundum uiam Ptolemæi eiusmodi est. Scias longitudinem utriusque locorum tam dirigendi significatoris quam promissoris ad quam fit directio, ab uno & eodem angulo secundum horas temporales. Deinde si duo loca siue termini directionis sunt ex eadē parte illius anguli, subtrahere minorem lōgitudinem à maiori, & quòd relinquitur multiplicare per partes horarum loci siue termini, ad quem uis dirigere, habebis enim in producto ipsos gradus directionis quæsitos.

Si uero duo termini non fuerint ex eadem parte anguli, sed angulus fuerit in medio eorum, collige in unam summam duas longitudes utriusque termini significatoris scilicet & promissoris ab eodem angulo, & collectum multiplica, ut prius, per partes horarum eius termini ad quem uis dirigere, ut in producto directio optata ueniat. Et hæc quidem est Methodus Ptolemaica in directione, in consequentia signiferi, quam directam appellarunt. Verum in directione conuersa in antecedentia signorum loca, manente reliquo toto opere, illud tantum conuertitur, ut multiplicatio fiat per partes horarum ipsius termini dirigendi. Cuius uia ut exempla aliqua, in promptu haberent adolentes, eorundem illorum significatorum (quos supra direximus) hic quoque directiones subijcere libuit.

Directiones Horoscopi ad promissores sequentes

Ad

□ ♀ dextrū	16	47
Septimam	18	40
♂ ♀	23	21
Δ ♀	28	27
* ♀	40	39

Directio